Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



92

decore mundiciae corporalis castitas designat.
Quae uidelicet hostia pulchritudini superhumeralis
innectitur. quia tunc castimonia ad perfectam
mundiciae candorem ducitur. cum abstinen
tiam caro fatigatur. Potest de cocco quia ignis
specie refulget. et hoc non inconuenienter dici.
Quia fortasse ideo bis tinctus fieri praeceptus sit. quod
ignis duplicem habere uim solet. urendi scilicet
et lucendi. Cuius naturam imitari praesulem inuer
bo nimirum doctrinae salutaris oportet. Ut et lucem
uidelicet scientiae desiderantibus aperire. et rubigi
nem peccatorum incontemptoribus curet increpando con
burere. Cum enim auditoribus suis dulcissima scriptu
rarum arcana siue miracula aut parabolas dni et euange
licas exponit. uelut in habitu suo fulgor lucis ostendit.
At cum protinus uiam superbiciam commemorata
aeterna ultione percutit. quasi terrorem flammae
uorantis in eodem aspectantibus demonstrat. Neque enim
quisque uerbum faciens ad populum. uel solum increpan
dis praauorum reatibus. uel solum debet scripturarum
reserandis insistere secretis; Neue el de peccatorum
tantum modo correctione disputans. forte minus libenter
audiatur. Uel mysteriorum tantum abdita reserans. mi
nus fortasse eis quos emendare debuit prosit,